

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 8

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

De servitutibus

A servitutibus personalibus transimus ad reales, seu praediales, quae semper intelliguntur, quoties servitutū nomen absolute et simpliciter usurpatur. Haec vero vulgō dicuntur quōd dicitur ~~enim et veniunt nomine praedii~~

2. 1. Quid nomine praedii veniat? R. Vineae, agri, horti, prata, sylva, domus, villa rustica, horreum, stabulum & ita ut latius sit significatio praedii, quam fundi. ad cuius pleniorē intelligentiā vid. quae diximus §. 2. Inst. tit. 3. de servit.

2. 2. Quid ergo sit servitus praedialis? R. quod sit jus, quo Dominus in re sua aliquid pati vel non facere in commodum rei nostrae tenetur, l. 15. §. 1. h. vel: est servitus, qua alienū praedii vicino praedio nostro praebet utilitatē.

2. 3. Quibus modis consideratur servitus realis? R. duobus, 1. ratione praedii, cui debetur, quod dominans vocatur. 2. ratione praedii, quod servit, et patitur, seu cui imponitur servitus, et hoc serviens dicitur.

2. 4. Quasnam sit causa servitutis realis? R. est 7 efficiens contrahentium consensus; quoniam Dominus praedii servientis servitutē in suo praedio urbano vel rustico concedere debet Domino praedii Dominantis per pacta vel ultimā voluntatē l. 1. §. 6. et §. 8. ff. Comm. praed. Caterū acquiri etiā servitutem realem praescriptione ~~per se~~ ~~per se~~, constat ex l. 10. pr. ff. si servitus vindicatur sed de hoc postea.

2. 5. Quasnam sit materia et forma servitutis? R. materia siue obiectū sunt praedia aliena supra recensita; forma fit consistit, in pactioibus et vel ultimā voluntate. Primum modo sic exemplum pactioū in hac materia hoc fit:

Lib. 8.

Solum proceditur. v.g. est mihi fundus, ad quem saltem per anfractus pervenire possum nisi per vicinum fundum mihi concedatur transitus; hac necessitate comotus, rogo vicinum, ut mecum pacisci velit de constituenda servitute, qua mihi in posterum per eum fundum ire, jumentum, vel vehiculum agere liceat. Si vicinus meus in eam petita servitute constituenda pro certo pretio, vel gratis consentiat, tunc mihi acquiritur servitus tanquam Domino praedij Dominantij in praedio servientis servienter, ita ut constitutam hanc servitutem in posterum licite exercere possim.

*

Posteriori modo const.

Exemplum ultimae voluntatis, quae est forma servitutis

Consistit 2^{do} in ultima voluntate, quando scilicet testator alicui ex gratis legat, ut v.g. per fundum suum post ejus mortem iter, via, aqua ductu etc. habeat, et hanc constitutam servitutem haeres post testatoris mortem disputare nequit, sed firma manet.

Q. 6. An in re communi servitus constitui possit.
R. Negative. ex l. 26. ff. de servit. praed. urb. ratio est, quia ut ibi dicitur, nullas res sibi nulli res sua servit;

Q. 7. Quomodo quana sit divisio servitutum?

R. I^o aliae sunt urbanae, aliae sunt rusticae. I^o aliae sunt affirmativae, aliae uti est servitus altius tollendae, stillicidij avertendae, ligni immittendae & aliae negativae ut altius non tollendae, ne luminibus, aut prospectui officiantur, stillicidij non avertendae & 3^o aliae sunt continuatae ad quarum scilicet exercitium factum hominis non semper desideratur, uti est servitus oneris ferendae, altius tollendae, ligni immittendae, tignum enim semel immissum absq. novo facto hominis perpetuo quiescit durat; et aliae discontinuatae ad quarum exercitium semper factum hominis opus est, uti est servitus itineris, juris pascendae, aquae hauriendae & ex quo patet, quod urbanae requiruntur.

Cariter continua, et rustica discontinua sint.

Lib. 8. 26

2. 8. Quo tempore spatio prediales servitutes
prescribi queant? R. quod continua spatio lon-
gi temporis prescribi possunt, l. 1. et 2. C. h. t. Dis-
continua vero sine titulo non nisi inmemoriali tem-
pore prescribuntur, ^{et quidem hac conditione} ut testes pro-
ducantur ad minimum 54 annorum, et ut de 20
annis possint deponere, 2. do ut testes necessario
testificentur communi esse opinionem, et de contrario
usu non extare memoriam. 3. do quod testes sem-
per ita viderint, et audierint a suis majoribus
et 4. do quod nunquam fuerit observatum contrarium.

7 juxta mul-
torum sententia

~~Wid. Admon. h. c. n. 30 et 31.
Quod si quis iure suo titulo munitus sit?
R. si quis iure suo iustas continuas servitutes
prescribere potest, servitutes discontinuas per 10 an-
nis contra prescribit, et 20 contra prescribit. Ita
vid. Admon. h. c. n. 30.~~

Verum nobis videtur probabilior sententia eorum
qui dicunt

2. 9. Quid juris, si quis titulo munitus sit?

R. tunc servitutes sunt discontinuas prescribere
poterit intra spatium 10, vel 20 ann. Imo
non desunt, qui docent ex l. 10 ff. si servitus
vindict. omnes servitutes etiam continuas decem
vel 20 annis absq. omni titulo, sola scientia
et patientia Domini predij servientis prescribi
posse.

2. 10. A quo tempore incipiat currere prescrip-
tio servitutum? R. Prescriptio affirmativa
initium sumit à primo actu, quo uti ceptum est;
prescriptio negativarum à die prohibitionis, nempe
si prescribens vicinum volentem alius edificare,
prohibuerit, et is per decem annos presens, vel vi-

ginti abſen, acquievent; ab hoc ^{cauſa} prohibitionis actu
 conſtituitur praſcribere in quaſi poſſeſſione ut
 poſt omnino neceſſaria ad praſcribendum; ſicut autē
 abſq; ejuſmodi prohibitione volens praſcribere in
 quaſi poſſeſſione non eſt etiā ſi etiā vicino al-
 terius adſiciat licet aedes ſuas poſt centū aut mille
 annos. Gloſſ. ad l. qui luminib; 30 in verbo for-
 mā ff. de ſervit. Verbor. ſignif. Widm. hic n. 31

Q. 11. Quomodo amittantur ſervitutes? R. non
 utendo, ~~intra ſententiam~~ ^{illud} ſententiam ſpatium temporis, quo acquiri
 ſolent.

Q. 12. An nūdus proprietatis Dominus, vel uſufruc-
 tuarius tantum ſervitutē imponere poſſit fundo,
 R. quod neuter abſq; conſenſu alterius hac licentia
 fieri queat, n̄ proprietarius, quia conditionē fructu-
 arii deterioraret, quod ipſi n̄ licet, l. 15 §. 2. ff.
 de uſufr. non uſufructuarius, quia Dominus fundi
 non eſt, ergo etiam proprietarii conditionē deteriorare
 imponendo ſcil. ſervitutē facere nequit. Zoc. n. 11. h.

Q. 13. Poſſit ne ſervitus ex die vel ad diem, vel
 ſub conditione conſtitui? R. neg. per legē 4.
 h. t. nihilominus talis promiſſio valeat. Eſt autē
 ex die ſervitutē conſtituere, ſi iam impoſitam
 non liceat aliter exercere, niſi ex certo diei adven-
 tu. v. g. Cedo tibi iter per fundū meū à primo
 die proximi menſis julij, conſtituere ad diem eſt
 ſi ſervitus ſtatim et abſq; alteri procras-
 tinatione ſit realiter acquiſita, ſed tamen, ut ea
 conventi ~~diei~~ <sup>quantiſq; adven-
 tuſq;</sup> ~~conſtituere~~ ^{conſtituere} ea
 ſi. dia. cedo tibi nunc realiter iter per fundū
 ſed tamen ut hoc exercere nequeas, niſi navi
 ex Aſia venerit,

Q. 14. Quid iuris obtineat ſi ſervitus uno
 ex praedictis modis conſtituta ſit? R. eam ſtatim
 ipſo iure vindicari poſſe, non aliter, ac ſi puris

simplet constituta, per gloss ad l. 2 in verb.
pacti ff. h. l.

Lib. 8. 27

Dies. 1. ^{reputantur} servitus potest constitui ex die C. ergo
etia servitus: R. N. C. propter text. in l. 7. ff. h. l.
et ratio etia est: quod servitus sit quaedam qualitas,
consequenter praediu servit realiter acquisita, tamdiu,
quandiu praediu durat.

Dies. 2. servitus potest promitti ex die ad die C.
ergo etia realiter constitui? R. C. quia servitu-
te promittens nihil dat, sed tantu se obligat ad
dandū, sed qui constituit, ia dat, et sic statim al-
terius servitute facit.

Ceteru Domino praedii servientis exceptio pacti con-
venti, vel etiam doli competit, ex d. l. 4. ff. h.

Tit. 2. De servitutibus Urbanorum praedioru.

Q. d. Quana sint species servitutū urbanarū?

R. Sunt varia 1. altius tollendi l. 2. ff. h.
ex cuius iure vicinus cogi potest ad certa altitudinem
aedificare, vel vicinus habet facultate altius aedi-
ficandi praeter usitatu ex lege, vel statuto morem.

2. Altius non tollendi, per qua Dominus praedii
Dominantis concessum est jus a vicino, ut is vicinus
altius aedificare non possit arg. d. l. 2.

3. Ne luminibus officiantur, qua constitutu est
jus, ut quis vicini lumina non possit reddere
obscuriora, sive id fiat plantatione arborum
sive altiori vel depressione aedificis, sive alio mo-
do, l. 15. ff. h., cum alias cui servitus altius
non tollendi est constituta, vicinarij vel arbo-
ribus plantatis officii ejus luminibus possit, l.
12. ff. h.

4. Luminis servitus Luminum, per qua constitu-
tum est jus, lumina, hoc est fenestras habendi
in vicini comuni pariete, l. 4. ff. 40 hic.

R. Sunt omnino scilicet, qua debentur urbano
praedio; Est enim regula certissima servitutes ab
eo praedio, quod dominatur, denominari. Si igitur
illa, vel similes servitutes adibz debeantur, urbana
sunt, quemadmodum, et altius tollendz, vel non
tollendz, si praedio rustico debeantur, rustica sunt.

Lib. 8.

Tit. 3.

De servitutibus praed. rusticorum

Hic recolligenda sunt, qua diximus in instt.

l. 2. tit. 3. Interim;

Q. 1. An licet invito Domino v. g. per al-
terius agrum, praedium & ira? R. Neg. licet nisi
quis servitutem itineris adeptus
cui servitus itineris concessa est, per l. 11. C.
de Servit.

Q. 2. ^{an non} ~~Quae~~ casz exicipiantur? R. ^{affirm.} ~~affirm.~~,
si licet mihi per triduum ingredi fundum alterius
et fructus ex meis arboribus delapsos colligere
et secum auferre, et contra fundi Domini in-
gressum prohibente interdictum de glande le-
genda intentari potest, per l. in l. usu. ff. de
gland. legenda. . 2. Si iure meo absq. itinere
et eundi facultate ubi non possit, tunc etiam
quandoq. per alienum fundum mihi ius ~~non~~ permit-
tatur. v. g. si ius exigendz decimas in alieno
habeam, hac de causa alienum ingredi licet.

3. Rei meae quareranda gratia alienum ingredi pos-
sum. v. g. pro thesauro, vel alia re ibidem repo-
sita tollenda, modo de damno infecto caveam
l. 19 ff. ad exhibendum

Q. 3. Quid notandum circa ius pascendz.

R. Haec duo. 1. quod Dominus fundi servientis
nihilominus et ipse in eo sua pecora, una cum
illo, cui concessit hanc servitutem parere pos-
sit, modo sufficiens sit pastura et aliter
conventum non fuerit; Dominus enim pro

Specialiter

prictetij. Quod tantu facere prohibetur, quod
 usum servitutis reddit deterioram l. 13 §. 1. k. quod
 hoc casu non fit. Struv. h. i. thes. 26. 2. quod
 jus pasceadi habens non possit pasceri pecudes morbidas
 nec ne alie contagione afficiantur

Q. 4. Quid est jus compascuonum? R. est precaria
 usus pascuorum et mutua concessio, qua semper re-
 vocari potest. Struv. d. th. 26.

Tit. 4

Communia praediorum tam urbanorum
 quam rusticorum.

In hoc tit. quaeritur, in quona servitutes conve-
 niant; verum cu ex hactenus dictis id satis inno-
 tescat; hinc q. duntiq non immorabimur, sed non-
 nullas quaestiones, lucusq. non tactas, proferemus.

Q. 1. An cum mala fide praescribi possit servi-
 tutibus? R. licet cu mala fide praescribi nequeant
 servitutes, eis tamen praescribi potest hoc est non usu
 Domini praedii servientis tolli queunt; sic libertas
 recte ab eo praescribitur, qui sit praedium sui vicini
 et v. g. iter debere, si vicinus per 10 annos inter praeser-
 tes eo non utatur. gl. l. ff. de servit. l. ff. quemadmodum
servitus amittatur; Ratio, quia servitus rustica sola
 eius, cui debetur, negligentia amittitur; et cum
 rusticorum servitutum usus consistat in solo exercitio,
 et facto eius, cui debetur, ideo etiam solo non usu
 amittuntur per tempus legitimum h. e. lege defini-
 tum

Q. 2. Si cuidam servitus v. g. iter constitua-
 tur, a quo determinatio, in qua fundi parte
 saltem servitutum exercere velit facienda sit?

R. licet in alternativis competat electio de-
 bitori c. 7. de R. J. in 6. nihilominus si factus in
 l. 9. ff. de servit. accuratius examinatur, apparet
 determinationem ei concedi, cui causa est servitus;
 hoc ipso cum debet ei facultas eundi, qua velit parte

Tit. 5. ^{2us} si servitus vindiceturSi servitus vindicetur, vel ad aliam
pertinere negetur.Q. d. ¹ Competit Quae actiones nomine servi-
tutum competunt? R. Sunt praedictae actiones in
rem, quarum quaedam sunt confessoriae aliae nega-
toriae dicuntur. Confessoriae vindicatur servi-
tus, negatoriae libertas praediorum.Q. 2. Quibus dantur illae actiones? R.
Confessoriae datur Domino praedii Dominantis
l. 2. h. negatoriae Domino praedii, cuius servi-
tuten alteri de facto usurpat.Q. 3. An datur confessoriae ubi? R. affirm.
~~Quando ius aliquod~~iis scilicet qui licet non sint veri praediorum do-
mini / quibus ^{alias} competit directa / ius tamen in re
habent, quales sunt creditores, quibus fundus
oppignoratus, item emphiteutae.Q. 4. Contra quem dantur haec actiones? R.
Confessoriae contra quemvis impendentem; nega-
toriae contra quemlibet usurpantem. l. 10 §. 1. h.
l. 4.Q. 5. Quid liceat probare actor in confes-
soria R. 1. suum dominium vel possessionem.2. servitutem l. 9. C. h. In negatoria vero
~~Q. d.~~ tantum dominium et usurpationem servitu-
tis, non libertatem, quae praesumitur, Struv. th. 49.Qua forma instituantur haec actiones? R. Petit
actor in confessoriae declarari ius servitutis sibi
esse, et adversarium condemnari, ut patiatur ac-
torem ea servitute uti. In negatoria declarari
rem esse liberam à servitute, quam reus usur-
pat, et consequenter reum condemnari, ne pos-
sea servitute utatur, et ut idonee caveat, l. 3. h.

Lib. 8. ~~Legislatoris~~ adjecta utrobique, tam in confessoria quam ne-
gatoria clausula de fructibus, et eo, quod
interest.

Tit. 6.

Quomodo servitutes amittantur.

2. R. quomodo amittantur servitutes? R. l. ^{mo}
Confusione, nempe si quis utriusque praedii tam
dominantis, quam servientis dominium acquirat.
Ratio: quia nulla res servit domino suo.
^{q. in solidum}
^{et irrevocabiler}
¶ 2. Dico in solidum, nam si pars praedii alterius
tantum acquiratur, tota servitus retinetur. l. 8.
§. 1. ff. de servit. sicut enim servitus non nisi
toto praedio imponi potest, ita etiam semel constitu-
ta non amittitur nisi a toto praedio recedat.
Dico irrevocabiler, quia si quis praedium ser-
vientis ^{sic} acquirat, ut tamen postea illud alteri
restituere teneatur, servitus non amittitur per-
petuo.
2. Do extinguitur servitus reviviscione. arg. §. 40
inst. de reru' divis. 3. ^{mo} actu servituti contrario,
ut si stillicidii immittendi jus habeam, et
permiserim aedificare, stillicidii jus amitto l. 8.
ff. h. ^{mo} et si res interitu, est enim servi-
tus jus inherens praedio, quo sublato et ipsa
servitus tollitur l. 14. ff. h. si autem
res restituatur, ipsa servitus quasi reviviscit
modo non tantum temporis praeterierit, quo
solet amitti servitus d. l. 14. hinc si alicuius
fonte alterius competeret servitus hauriendi
aquam, qui postea et quidem ultra decem
annos exsiccatus est, proinde toto hoc tem-
pore nunquam usq. fuit, sicut nec uti po-
tuit, tandem aqua iteru' fluere incipit,
nihilominus aqua ex eo fonte q. an-
plius non poterit.

Dies: Non valenti non agere non currit praescriptio iuxta vulgata. ergo C. Lib. 8.
30

R. id verum esse, nisi aliter constet in lege constitutum sit, at in lege l. 35 ff. de servit. praed. rust. specialiter constitutum est, ut in extinguendis servitutibus rusticis sufficiat solus usus, quod si non exercenti servitutem nulla culpa imputari possit, conceditur ei ex eadem l. ut ad beneficium restitutionis implorandi confugere possit.

5to Extinguitur servitus resoluta jure concedentis, videlicet si imponens jus plenum vel perpetuum non habeat, sicut si Vasallus aut Emphyteuta impoſuerit servitutem fundo feudali vel Emphyteutico, eo postmodum ad Dominum reverso servitus statim expirat cum resoluta jure concedentis etiam resolutam jus accipientis, l. 31 ff. de pignori.

6to servitutes ^{rusticae} amittuntur non utendo, sed de hoc jam dising^{it} ex hoc tamen resolves, quod si debeatur servitus pacendi cum certo pacendum genere et servitute usus finem cum alio genere, amittatur servitus; Ratio est, quia non habeo jus servitutis cum hoc sed cum alio genere pacendum, ergo si ~~est~~ in illis ~~non~~ ^{usus} ~~exerces~~ ^{us} servitutes post ~~duo~~ ^{duo} annos inter praesentes, et 20 inter absentes, non exerui, amittit extinguitur servitus.

2. 2. Q. si quis angustiore via usus fuisset, an adhuc retineret servitutem? R. affirm. per l. 9. §. 1. ff. si servit. vind. Quia servitus per usum partis retinetur tota, sicut enim pro parte acquiri solet, ita nec amitti poterit.